poteſt procedi. Jtē ſuper tertio ꝙ non tenuit petitio conſilij ſapiētis ⁊ lʒ tenuerit tñ iudex ea ſpreta potuit diffinitiuam ferre ſñiam. Jtem pʒ ſolutio quinti dubij ꝙ ſñia abſolutoria nō eſt nulla eo ꝙ ſit lata ſpreta petitione cōſilij ⁊ appellatione pendēte cum dcā appellatio nulla ſit petitio conſilij non artauerit iudicē ad ſequendū conſiliū ſapiētis. Ad quintū autē an ſñia ſic ferri debuerit habito reſpectu ad ius litigatoris dico ꝙ ſi probata ſūt inditia ⁊ cōiecture de quibus d. philippus in fine cōſilij ſui dixit ſñia nō eēt lata iuſte ꝑ vicarium ⁊ iō tunc litē ſuā feciſſet ex regula iur. tradita in. l. ſi iudex de varijs ⁊ extraordi. cogni. ff. de actī. ⁊ ob. l. ex maleficijs. §. ſi iudex ⁊ inſti. de obli. que ex q̄ſi delic. §. ſi iudex nec pactū de nō querelando ꝯ ſñiam opitulatur iudici ſicut nec in ſñia bis cōfirmata ꝑ iudicē appellationis opitulatur ꝑmo iudici quin fiat litē ſuā ſi iudicauit iniuſte ut no. Jnno. de offi. dele. paſtoralis in gl. nec ex cā. Eodēmō vʒ ſi appellauit quis ⁊ appellationē deſeruit recurrere pōt ꝯ iudicem qui iudicauit inique ut ipſe no. de appel. ſepe. in gl. ⁊ pemptorie. Multo ergo fortius q̄ſi qui uis appellare nō poſſet ut hic. Sic ēt uidemus in arbitrio ⁊ in arbitratore a quorū ſñijs nō appellatur ⁊ tñ faciunt litē ſuā. C. de pac. l. ſi quis in cōſcribēdo in fi. ⁊ ꝑ cy. C. de arbi. auc. decernimus. Si aūt potuiſſet uictus appellare ⁊ nō appellauit forſitan tūc cōtra iudicē tunc iudicantē iniqʒ nō poterit haberi recurſus qꝛ non appellato cōfirmat quis ſñiam ſuo cōſenſu ut. C. de app. l. hi qui ad ciuilia ⁊ turpitudo ſñie expurgat᷑ per appellationē emiſſam ſm Jnno. de offi. dele. cū olim. Jdeo autē dixi ſi probata ſunt que dñs philippus in ſuo cōſilio declarauit qꝛ illas ꝓſumptiones ⁊ indicia neceſſaria forent ut illa dña ſimona in cā uincere poſſit ꝓut pronunciatuʒ fuit ꝑ iudicē qui ſm cōſiliū eius iudicauit. Si autē eēnt neceſſarie ꝓbationes uel nō ſubſiſtentib⁹ dictis inſtr̄is ēptionū factarū noīe pupilloꝝ ⁊ ut aſſerit᷑ de pecunia pupilloꝝ ⁊ ſubſiſtente dicto inuētario in quo merces ⁊ ſupplectilia ⁊ diuerſe ſpēs argentee in bonis pupilloꝝ ſunt inuēte ⁊ non apparente aliquo alio vñ dicte pecunie hr̄i potuerint niſi ex bonis p̄ṗnis de quibus inuentariū eſt cōfectū nec refrico i dubiū qꝛ deciſa res eſt cū iudicatū ſit ⁊ trāſiuit in rē iudicataʒ dcā declaratio vñ cōcludo ꝙ ſi dicta dña ſimona ꝓbauit ut ꝓbare tenet᷑ ſm formā dci cōſilij ⁊ ſñie ſuperinde ſecute ꝙ iudex qui iudicauit litē ſuā fecit nō al'. an āt probauerit necne ꝓbatōes nō uidi. ideo iudicare affirmatiue uel negatiue nō poſſum. Sup vi pʒ reſpōſum ex ꝑdictis qꝛ lʒ nō poſſit ꝑ appellationis remediū reſcindi dcā ſñia tñ pōt reſcindi ſi cauſaret᷑ iniquitas ex aliqua cauſaꝝ quas aſſignāter expſſi in ꝑmo ꝑncipali diſcurſu alias nullū eſt remediū ꝯ uicarium qui nō tulit ſñiam inquātū exactis appeat iniquitas aut impitia iudicātis. Et ita dico ⁊ cōſulo ego angelus de puſio ⁊c. Sup dubijs ꝑdcis ð reſti. in inte. ⁊ de appellatiōe a ferenda ſñia ⁊ de cōſilio petito que uenerunt mihi conſulēda de ſaona ideo ea addidi poſt primū cōſilium reditū Jāue ⁊ hoc fuit tranſmiſſum ſaone. clxxxix.

Si facio finē quietationē liberationē abſolutionē tranſactionē ⁊ perpetuū pactum de ulterius nō petendo debitori ſeu mihi obligato de oī ⁊ toto eo qđ ab ipſo uel ſuis heredibus petere uel exigere poſſum uſqʒ in preſentē diem ⁊ aquil. ſtipulat᷑. intercedente ⁊c. utruʒ hec quietatio porrigat᷑ ad obligationes ſub conditione contractas que nonduʒ exiſtunt uel exiſtere poſſunt in futurum ⁊c.

Ano Ab eius incarnatione. M. cccLxxi. indic. x. die. xxvij. mēſis octobris actum florētie in populo romuli p̄ſent᷑ teſtib⁹ ad hoc vocatis habitis ⁊ rogatis ſer georgio azonis notario florētino ⁊ Thomaſio iacobi populi ſancti petri de florētia marchion olī frācīſci populi ſci ambroſij ꝓ ſe ipſo ⁊ ut ꝓcura. ⁊ ꝓcuratorio noīe Jo. ſalimbene ut dixi. cōſtare manu ſer mani iugij floren. ad infraſcripta legitime cōſtitutis oī uia ⁊ iur. quo ⁊ quib⁹ melius potuit ꝑ ſe ⁊ ſuos heredes ⁊ ꝓcuratorio noīe dicti Jo. fecit finē quietationē liberationē ⁊ abſolutionē trāſactionē ⁊ ꝑpetuū pactū de vlterius nō petēdo dñico. oliʒ iugij ppl'i ſancte marie nouelle de floꝛ. p̄ſenti ſtipulāti ⁊ recipienti pro ſe ⁊ ſuis heredibus general'r de oī ⁊ toto eo qđ eidē dñico uel ſuis heredib⁹ petere aut exigere pōt vſqʒ i p̄ſētē diē cū ſcriptura ul' ſine publica uel priuata uel alia q̄cūqʒ rōe ⁊ mō iure uel aliquo alio modo qui dici uel excogitari poſſet uſqʒ in preſentem diē cū ſcriptura uel ſine ⁊ de oī ⁊ toto eo ad qđ dictus dñicus teneret᷑ uel obligatus eſſet pro defenſione quorumcūqʒ bonoꝝ uel alia de cā dcō Marchioni ⁊ Joanni uel alteri eorū ⁊ general'r de oībus ⁊ ſingulis promiſſionibus obligationib⁹ ⁊ ſcripturis publicis priuatis quocunqʒ uel qualitercūqʒ dcō Marchion ⁊ Joāni uel alteri eorū fact᷑ ꝑ dcm̄ dñicum. Et hoc iō fecit dictus Marchion ſuo nomine ⁊ ut ꝓcurator ⁊ ꝓcuratorio noīe dci Jo. ſalimbene qꝛ fuit cōtentus cōfeſſus ⁊ ſibi fore integre ⁊ plenarie ſatiſfactum de ꝑdictis ⁊ quolibet ꝑdictoꝝ ⁊ de omni ⁊ toto eo in quo eiſdem Marchioni ⁊ Jo. uel alteri eoꝝ teneretur ⁊ obligatus eēt liberās ⁊ abſoluēs dictus Marchion ſuo nomine ⁊ ut ꝓcurator ſupradicti Jo. dcm̄ dñicum ⁊ eius heredes ⁊ bona ꝑ aquilia nam ſtipulat᷑ ꝑcedētem ⁊ acceptilat᷑ ſequētem lrime interpoſitā. Quam finē ⁊ omnia ſingula ſupraſcripta ⁊ infraſcripta ꝓmiſit ⁊ conuenit dictus marchion ſuo nomine ⁊ ut ꝓcur. ut ſupra dicto dñico recipienti ſtipulañ. pro ſe ⁊ ſuis heredibus ꝑpetuo firmū ⁊ ratum habere ⁊ tenere ⁊ ꝯ non facere uel uenire nec feciſſe uel ueniſſe per ſe uel ꝑ alium aut alios aliqua rōe iure mō uel eā in iudicio uel extra ſub pena ⁊ ad penam dupli eius alias vnde ꝙ pro tpe ageret᷑ ⁊ inſuper. C. libraꝝ ꝑ ſolēneʒ ſtipula. ꝓmiſcuit cum refetione damnoꝝ ⁊ expenſaꝝ ⁊ intereſſe ⁊c. Pro quibus oībus ⁊ ſingulis obſeruādis obligauit dictus Marchion oīa ſua bona ⁊c. Renūcians dictus Marchion nominibus quibus ſupra exceptioni non facte finis ꝓmiſ ⁊ obligationis ⁊ nō ſic celebrati ꝯct⁹ rei nō ſic geſte beneficio cōſtit᷑ ēt in integrū reſtitutionis ⁊ exceptōi ꝑſcriptōis ⁊ omni alij legū ⁊ ſtat᷑ auxilio ⁊ legi dicenti generalē renunciationem nō ualere cui. Mar. p̄ſnti uolenti ⁊ cōfitenti ⁊ affirmanti nominibus quibus ſupra. Ego dictus notarius infraſcript⁹ ꝓut mihi licuit ⁊ lʒ ex forma cuiuſlibʒ capituli cōſtit᷑ cōis florētie iuramēti noīe ꝑceꝑti quaten⁹ ꝑ guarent᷑ ꝑdicta oīa ⁊ ſingula ſupraſcripta adipleta obſeruet ⁊ executioni mandet ego Dñicus olim ſer ſalui notarius ⁊c.

Jſa Dicta quietatione reuocat᷑ in dubiuʒ an porrigat᷑ ad obligationes ſub cōditione ꝯctas que nōdum exiſtunt ⁊ poterūt exiſtere in obligationib⁹ cōtractis ſub obligatione ſi res nō euincet᷑ quietanti que ꝑ quietatū dudum ante erat vēdita nō tamē euicta. Et ſuper hoc dico ꝙ cum dicta quietatio fuerit facta ꝑ ſtipulationem aquilianā precedentem ⁊ acceptilationē ſecutam quatenus ē facta ꝓcur. nomine nō ualet niſi habuerit ſpāle mādatum nec ſufficit generale cuʒ libera. ff. de acceptila. l. ij. cōiuncta gl. ⁊ ibi Bar. Sʒ ſuppoſita poteſtate videamus quid iuris ⁊ prima frōte ēt ad illas obligationes cōditionales nō extendit᷑ dicta quietatio ꝑꝑ duo primo qꝛ expſſe quietauit eū ab omni eo ⁊ toto ad qđ dñicus teneret᷑ uel obligatus eēt uſqʒ in p̄ſtem dieʒ pro defenſione quorūcunqʒ bonoꝝ ita ꝙ de hoc ſpāliter eſt ꝓuiſum. Sed nō eſt dubium ꝙ tenebat᷑ ⁊ obligatus erat tunc ex cā euictionis lʒ ſub cōdictione ergo ⁊c. Jtem ꝑ clauſulā generalem poſtea ſubſecutam que generaliſſima eſt nec eſt coartata ad aliquod tp̄s vnde generaliter intelligēda eſt. l. aurelio. §. ſeius de libe. lega. ibi ð hoc per Bar. plene. Cōtrarium tñ credo uerū lʒ queſtio ſit mihi dubia ꝑꝑ ꝑgnātiſſima uerba quietationis ꝑdicte. Ad hoc dicēduʒ moueor ꝑꝑ duo primo ꝑꝑ cām qꝛ quietans cōfitet᷑ ſibi plenarie ſatiſfactum nō aūt cadit ſatiſfactio ꝓprie cū debitum eſt cōditionale imo tū indebitum ſolui dicit᷑ uēdere petitioni locus eſt ff. de cōdi. indebi. l. ſufficit ⁊ l. ſub cōditione vnde cū uerba ſint accipiēda ꝓprie ⁊ ſm ſubiectam materiā ut pʒ ex cōiūctione leguʒ de dam. infec. l. dāni. §. ſabini. ff. locati. l. ſi vno ff. de exerci. l. i. §. ſi is qui nauem. ff. de ver. ſigni. l. eū qui vectigal. Et hec ꝓprietas nō cadit in obligationib⁹ cōditionalibus quarum ſubſtātia ex futuro pēdet euētu pʒ ꝙ ad illas nō dʒ fieri relatio ꝑꝑ formam qꝛ dictus quietans quietauit de obligationib⁹ ꝯcti ex cā euictionis ab omni eo ad quod quietās uſqʒ in diem quietationis exiſteret obligatus ſi aūt erat obligatus tūc ex quo dies nō ceſſaret qđ apparʒ qꝛ nec creditor quietās nec quietatus debitor appellatur. Eſt ergo cōdictionalis obli. abuſiua nō ꝓpria cū ſine effectu ſit ð v. ſigni. l. creditores. Et illa uerba uſqʒ in p̄ſtem diem quietātis aīum declarāt ꝙ ad illas extēdere noluit quaꝝ dies non ceſſerat nam ſi noluiſſet nō adieciſſet illa uerba uſqʒ in p̄ſtem diem ſicut nec adiecte ſtipu. in ſequenti cl'a generali vñ nō vltra extendit᷑ quā fuerit quietantis anim⁹. ff. de acceptila. l. pluribus. Et illa cl'a generalis poſtea ſubſecuta nō reſtricta ad tp̄s uel cauſas non refert᷑ ad cām euictionis de qua

ſpāliter